VITT. EMANUELE
M

BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
13
24 M
19
M
13-3. a. 1. 3

B IV 6/99 b

Digitized by Google

LVCERNA LEGVM.

CHRISTOPHORI BRAVI THE. PHIL., ET I. V. D.

LEGVM, AC THEOL. MORALIS LECTORIS

DE LEGIBVS,

IPSARVMQ; INTERPRETATIONE LIBELLVS,

Cuius Doctrinam ſuſtinuit Laurentius Carolus duodenus eiuſq; Alumnus in ipſius Academia Anno 1663.

RG 37

MEDIOLANI,
Apud Ioſephum Gariboldum.
Superiorum permiſſu. 1664.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

D. O. M.

CHRISTOPHORVS BRAVVS.

Vanitas Vanitatum, & omnia Vanitas præter amare Deũ. a *Qua de cauſa mea ſtudia, meumque de Legibus, ac ipſarum Interpretatione Libellum tibi ſoli, bone Deus, do, & dico. De Legibus mihi ſermo eſt, vt Lex Aeterna ſit mihi adiumento, vt in Patria te, ſupremè Legislator, in æternum fruar: Naturalis, vt in Via rectam Conſcientiam ſeruem: Diuina, vt te cognoſcam, & maiore te proſequar amore: Huma-*

a Eccleſ.c. 1.

na, ne ea, quæ ad tuum Cultum, Iuſtitiamquè ſeruandam ſpectant, omittam; ipſarumquè Interpretatio ſit mihi facilis ad veram felicitatem aditus. Te igitur ſolum, Aeterne Legislator, quæro, in meiſque ſtudijs te ſolum immutabile Obiectum appeto.



Ami-

Amicus Auctoris Lectori.

IN lucem : fallor : in tenebras ſua luce diſſipandas prodit LVCERNA. Eam tibi, ſtudioſe Lector, plenum tenebris, legum iter ingreſſuro Author accendit. Vbi multa nox eſt, quid opportunius afferret, quam LVMEN? Vt in Hanc olei parum inſumas, plurimum impendit ipſe de ſuo. Adeò ſuo diſpendio tuæ vtilitati prouidit. Habeat modò ſibi ſuam lucernam Cleanthes : ad Iſtam tu minus vigilabis, plus proficies. Extinguat, & ſuam Cynicus, ex quo alia inuenta eſt, quæ non quærit hominem, ſed facit Credã illis, qui vix ſibi credidere, cũ duodennem puerũ de præſenti legali doctrina publicè diſputantem, ſupra virum ſapere viderunt. Paruulam LVCERNAM dicis? Geſtanda eſt, non affigenda, vt vbiq; , ſi placet, tecum ſit, non tantùm domi: doctura, non fatigatura. In paruitate pretium eſt. Non ſolum Ilias, ſed & maximum LVMEN eſt in nuce. In tanta voluminum mole, & numero, quæ terunt,

& terrent ingenia, difficillima Authori, facillima Lectori breuitas eſt. Nec quicquam Iuſtiniani detractum maieſtati putes, quem vides in nulla verborum purpura. Illum magis abſcondunt hæ veſtes, quam ornant. Quid verò ornatius eum veſtiat, quam LVX, Beneficio huius luminis inter ſpecioſiſſima cognomina poſthàc gaudebit communi titulo dici Illuſtrem. Quid debeat Authori Iuſtinianus, quid ad Iuſtinianum directa iuuentus, non is ſum ego, qui poſſim oſtendere, aut quem ille fœcundæ ſuæ induſtriæ patiatur eſſe præconem; & ipſe tua ſtudia, non ſuas laudes quærit. Vel me tacente, opus non vnum loquitur. Etiam hæc LVCERNA in bono lumine eius p[illegible] virtutem. [illegible] tu vtere: & dum pleniſſima laude prædicat Fama hoc VOLVMEN, tu quoq; cum plaudentium Echo reſponde eſſe LVMEN. Vale.

IN-

INDEX PARTIVM,

Quæ in hoc opuſculo continentur.

DE LEGIBVS.

I.
Lex quid ſit. 1.
II.
Lex quotuplex ſit. 5.
III.
De Conuenientia Legis Humanæ. 20.
IV.
De præcipua Differentia, & fine vtriuſquè Iuris. 26.

De Interpretatione Legum.

I.
De Ampliatione, & Reſtrictione Legis. 31.
II.
De Conuenientia Legum. 38.
III.
De Lege Ambigua. 42.
IV.
De Extenſione Legis ad caſum in Iure non deciſum. 47.
De Statuto. 49.
De Iudice. 51.

INDEX RERVM

Huius Opuſculi de Legibus.

LEX in genere, eiuſquè effectus. 1.2
Qui poſſunt condere Leges. 2
Lex fertur ob bonum publicum. 2
Lex debet promulgari. 3
Lex tripliciter conſiderari poteſt, vid. in ſe: in Legislatore: in ſubiecto. 4
Obiectum Legis ſunt Actiones Humanæ. 4
Lex eſt quadruplex, Aeterna, Naturalis, Diuina, & Humana. 5
Lex Aeterna, eiuſquè effectus. 5.6
Lex Naturalis eiuſquè effectus. 6.7.8.9
Conſcientia quid ſit, quotuplex, eiuſquè effectus. 10
Lex Moſaica, quæ ſint Præcepta Moralia, Ceremonialia, Iudicialia, ex quibus conſtat, ipſorumquè effectus. 10.11.12
Lex Euangelica, eiuſque effectus. 13
Lex Humana duplex eſt ſe. Ciuilis, & Canonica. 14
Lex Canonica, eiuſquè effectus. 14.15.16
Lex Ciuilis, eiuſquè effectus. 16.17.18.19
Lex Canonica, & Ciuilis conueniunt in quatuordecim caſibus. à Car.20. vſq: ad 26
Perſonæ, Res, & etiam Actiones, ſeu Iudicia quomodo differant in Iure Canonico, & Cæſareo. à Car. 26. vſque ad 31

DE

DE LEGIBVS

BREVIS TRACTATVS

In quatuor partes diuiſus.

In prima traditur, quid ſit Lex: in ſecunda quotuplex, eiuſque effectus: in tertia de Conuenientia Legis Canonicæ, & Ciuilis: in quarta de ipſius differentia, ſeu fine.

PARS PRIMA.

QVID SIT LEX.

LEX eſt quædam regula, & menſura actuum, ſecundum quam inducitur aliquis ad agendum, vel ab agendo retrahitur. Vel Lex eſt quædam rationis ordinatio ad bonum commune ab eo, qui curam cōmunitatis habet, promulgata. *a* a *D.Th. qu. 90. artic. 4.*

Primò dicitur ordinatio rationis; quia ſpectat ad Intellectum, vel ad iudicium Practicum, cum Lex ſit quædam regula, & menſura actuum humanorum, & talis regula, aut menſura eſt ratio. *b* Hæc tamen regula præſupponit voluntatis ac- b *Serra in q. 90. D. Th. art. 1.*

tũ, prout procedit lex. 1. ff. de Conſt. nempè, quod principi placuit, Legis habet vigorem. Vndè non tenetur Subditus facere, aut velle, quicquid ſcit prælatum velle, quod faciat; niſi hoc expreſsè præcipiat. *c*

c d. Aut. præcit. loc.

Secundò dicitur ad commune bonum; quia Lex nulli priuato commodo, ſed pro communi vtilitate Ciuium conſcripta eſt. *d*

d Tex. in c. erit autẽ lex diſt. 4.

Tertiò dicitur ab eo, qui curam communitatis habet. Vnus autem eſt Legislator Supremus ſ. Deus; deinde Chriſtus, qui non tantùm datus fuit Redemptor; ſed etiam Legislator. *e*

e D. Th. qu. 90. art. 3., & DD.

Inter Eccleſiaſticos ſupremus Legislator eſt Summus Pontifex; cum dictum fuerit D. Petro: quodcunquè ligaueris ſuper terram, erit ligatum & in cælis: ſecundò Concilia Generalia, & etiam Sacra Congregatio Cardinalium de conceſſione Summi Pontificis: tertiò Epiſcopi: quartò capitula Eccleſiarum: quintò Prælati Religionum: ſextò Abbatiſſæ, & Prioriſſæ. *f*

f D. Th. præcit. loc., & ibi DD.

In Laicis verò primum locum ſibi vindicant Imperatores, Reges, & Principes abſoluti: ſecundum locum Marchiones, comites, & alij Prin-

Principes, aut Domini temporales, qui ſunt Subditi, vel Ciuitates ſubiectæ: tertium Rectores Ciuitatum, Patres familias, vel inter viuos, vt Contractus ex Partium cõuentione Legem accipere dignoſcuntur: g vel in vltimis voluntatibus, vt diſponat teſtator, & fiat lex. h

Supremi tamen Legiſlatores tantùm propriam conſtituunt Legem: alij verò impropriam, quæ ſortitur varia nomina; aut enim Statuta, aut Regulæ, alijſuè nominibus appellatur. Ratio eſt; quia ipſorum diſpoſitio; non tantùm fieri debet ſecundum ſuam Iuriſdictionem; ſed etiã regi ſuorum Superiorum Legibus, aut illorum voluntatibus ſub jici debet. l

Quantò dicitur promulgata; vnde Lex promulgari debet, & non tantùm in curia Principis; ſed etiam in Prouincijs, vt obliget. m Leges inſtituuntur, cum promulgantur. Nec etiã videtur eſſe ſufficiens potentia Phyſica, u. vt Leges publicatę in curia Principis poſſint obligare in Prouincijs, s. cum in omnium notitiã deuenire poſſint: ſed requiritur potentia moralis u. vt facili modo in notitiam omnium deuenire valeant,

g *c. contractus de reg. Iur. in 6.*

h *§. diſponat. Auth. de nupt.* D. Th. *precit. loc, & ibi.*

l *§. ſed, & quod Principi l. de I. N. G., & c. in l memo. ff. de lege p.*

m *Aut. vt factæ nouæ Conſt. & ex c. in iſtis diſt. 4. vbi eſt Textus.*

cum ex præſumptione Legis ignorantia iuris neminem excuſet, *n* vndè, ne abſurda ſequantur, antequam Lex obliget, debet ea etiam ex benignitate Principis nō ſolùm promulgari; ſed ſufficienter promulgari.

n c. ignorātia de reg. iur. in 6.

Lex autem tripliciter conſiderari poteſt, vt eſt in ſe, & eſt quædam regula, ſeu menſura dirigens, & obligans: vel vt eſt in Legiſlatore, & eſt quædam voluntas, & iuſſus; vel vt eſt in ſubdito, & eſt quoddàm iudicium practicum, quo ſubditus iudicat illam regulam, & voluntatem, ſeu iuſſum à ſuperiore præſcriptum, & promulgatum hic, & nunc eſſe ſeruandum; ideò Lex relationē habens ad Superiorem, & Subditum eſt in rebus ipſis fundamentaliter: in intellectu, & voluntate, tamquam in ſubiecto, vel formaliter: in voce, tabulis, & ſcriptura, tamquam in ſigno. Obiectum verò Legis, ſeù materia, circa quam verſatur Lex, ſunt Actiones humanæ. *o*

o Becc. de leg. in comm.

PARS

PARS SECVNDA

QVOTVPLEX SIT LEX,

Eiuſquè effectus.

LEX eſt quadruplex, u. Æterna, Naturalis, Diuina, & Humana. *a* Lex Æterna ſumma ratio nominatur, cui ſemper obtemperandum eſt: ea eſt, qua iuſtum eſt, vt omnia ſint ordinatiſſima: in iſta temporali nihil eſt iuſtũ, atquè legitimum, quod non ex hac æterna ſibi homines deriuauerint. *b* Vel ſicut in Deo eſt ratio rerum creandarum, quæ dicitur Idea: ſic etiam eſt ratio rerum gubernandarum, quæ dicitur Lex Æterna. *c* Æterna autem Lex eſt vera, & propria Lex, quæ eſt in Deo regulante, & miniſtrante omnia. *d* Promulgataquè fuit ab æterno ex parte Dei Verbo, quia Deus produxit ab æterno Verbum Diuinum, quo Legem æternam promulgauit: & ſcripto, quia ab æterno ſcripſit librum vitæ, quo eandem Legem conſignauit. Hæc tamen promulgatio reſpectu Creaturarum intelligi debet potentia, non actu, & hæc Lex Dei æterna ratio-

a *Bec. de legib.*

b *D. Auguſt. lib. 1. de lib. arb. cap. 6*

c *Becc. de leg. æter.*

d *D. Th. qu. 90. art. 1., & q. 91 art. 2., & 6.*

ratione ipſius Dei conſiſtit in Imperio Dei, non ſumpto pro Actu; Sed pro dictamine Diuini Intellectus Practici, quo Deus in tempore res condidit, & præcepit Creaturæ: Deum cole, non occides. *e*

e D.Th. præcit. locis.

Effectus huius Legis eſt, vt omnes aliæ Leges ab hac dependeant, aliæquè rationes ab hac ſumma ratione ſuum dictamen, & propenſiones habeant. *f*

f D.Ant. locis præcit.

Naturalis Lex nihil aliud eſt, quã participatio Legis Æternæ in rationali creatura. *g* Vel nihil aliud eſt, quam dictamen rectæ rationis, quo iudicamus hanc aut illam regulam Practicam æternæ veritatis ſeruandam eſſe, v.g. Deum eſſe colendum, Parentes honorandos, nemini faciendam iniuriam. *h*

g D.Th. qu. 91. art. 2.

h Becc. de lege æterna q. 3.

Effectus autem primarius, aut generale Præceptũ Legis Naturalis, ex quo reliqua omnia dependent, eſt vnum; nempè Bonum eſt proſequendum, & malum fugiendum. *i* Ratio eſt; quia ſicut primum obiectum Intellectus eſt Ens, ita primum obiectum voluntatis eſt Bonum. Quidquid enim ab intellectu percipitur, habet rationem Entis, & quicquid à voluntate appetitur, habet ratio-

i D.Th. qu. 94. art. 2.

rationem Boni. Ergo ſicut primum principium ſpeculatiuum, quo Intellectus dirigitur, in Ente fundari debet; ſic primum principium practicum, quo voluntas dirigitur, debet fundari in bono. Primum autem principium ſpeculatiuum, quod fundatur in Ente, eſt hoc: Idem non poteſt eſſe, & non eſſe: Ergo primum principium practicum, quod fundatur in Bono eſt hoc: Bonum eſt proſequendum, & malum fugiendum. Ex hoc autem præcepto practico tamquam ex quodam fonte deducuntur præcepta naturalia, & præcipuè Decalogi. *l*

Alius effectus huius Legis eſt, vt Lex Naturalis ſit immutabilis. *m*

Neque obſtat, ſi dicatur, quod ex malitia contrauentiatur legi naturali; quia ex hoc nō mutatur; nec etiam ſi dicatur tolli per ſeruitutē, vel per vſucapionem, aliaq; nam quamuis mutetur materia Legis propter aliquam circumſtantiam occurentem, tamen ipſa Lex naturalis, quo ad prima, & cōmunia præcepta ſub maiori bono naturali immutabilis permanet. ita DD.

Tertius Effectus, vt in aliqua Lege Naturali, ſiue in Decalogo, ſiue extra,

l Becc. q. 2. de leg. natur.

m § ſed natura- lia I. de Iure N. G., & Ciu.

extra, diſpenſatio fieri nõ poſſit; nec etiam per Deum permanentibus etiam omnibus Circumſtantijs, ſub quibus Lex viget, atquè obligat; quia quidquid fit contra Legem Naturalem, quatenus viget, & obligat, intrinſecè malum, & turpe eſt; ideò per diſpenſationem licitum, honeſtumquè fieri non poteſt; nam Lex Naturalis prouenit à recta ratione, & quicquid rectæ rationi non congruit, malum eſt, vt non poſſit fieri bonum; quamdiù manent illæ Circumſtantiæ, ſecundum quas eſt malum. *n*

n Becc. qu.4. de leg. natur.

Neque obſtat ſi dicas, Deum diſpenſauiſſe in homicidio, in furto, & in alijs ex Sacra ſcriptura, quia non diſpenſauit, manentibus eijſdem Circumſtantijs; ſed eas abſtulit: v. homicidium eſt prohibitum auctoritate propria; ſecùs publica, & multò magis Dei; ſic etiam furtũ: at Deus, qui eſt Dominus omnium rerum, conceſſit Hebræis, vt acciperent vaſa Ægyptiorum, tamquàm propria per donationem à Deo factam, & ſic de alijs. *o*

o Becc. qu.4. de leg. natur.

Ex his Legibus, nempe Æterna, & Naturali emanat illud principiũ omnium Legum Poſitiuarum, & Natu-

Naturale præceptum, ſ.: Quod tibi non vis fieri, alteri ne feceris, & è cōtra, quod tibi vis fieri, alteri facias *p* *p c. humanum genus diſt. 1.*

Hinc quoque profluit illud principium Theologiæ moralis, v. Conſcientia, quæ eſt dictamen rationis, ſeu actus Intellectus, quo iudicamus aliquid hic, & nunc agendum, vel omittendum eſſe, vel fuiſſe, tamquam bonum, vel malum, idque vel per modum præcepti, vel conſilij. Et hæc vel eſt directa, ideſt dictans aliquid, quod verum eſt, vel Inuincibilis Erronea, nempe, quando Error moraliter euitari non poteſt; quia penitùs ignoratur; taliſque Conſcientia eſt ſequenda; quia dependet à Lege Æterna; vel quia intellectus ita proponit voluntati rem, quā vel ſub ratione mali, vel boni amplectitur: Et ſic quis propter inuincibilem Conſcientiam Erroneam à peccato ſe excuſare poteſt, non autem à pæna Legis *q* propter Legis præſumptionem, cum iuris ignorantia neminem excuſet. *r* Conſcientia verò Erronea Vincibilis, vel culpabilis non excuſat à peccato, quatenus s. quis agit aliquid cum dubio peccandi, ex eo, quod exponit ſe periculo delinquendi; & quodammodò, *q l. 1. ff. de legib.* *r c. ignorātia de reg. Iur. in 6.*

dò, ſaltem indirectè peccatum vult, cum certificari poſſit, an agere tale opus ſit peccatum, nec ne, ſed non curat. ſ

ſ D.Th. q.19.ar. 3., et cōmuniter Theologi morales.

Aliquis tamen cum Conſcientia Probabili rectè agere poteſt, v. quando hinc indè ſunt opiniones à lege probatæ, vel ab Eccleſia receptæ, vt in facienda tali re ſit peccatum, vel non, vel res de iure fieri, vel non fieri poſſit, tunc quilibet eligere, & ſequi poteſt opinionem adhuc probabilē, quæ ſibi placet; quia DD. probatorum ſententiam ſequens non imprudenter operatur. t

t DD. cōmuniter de Conſc. probab.

Qui etiam agit cum Conſcientia ſcrupuloſa non peccat, ſciens ſcrupulum non eſſe peccatū, quia is moraliter euitari non poteſt; & ſcrupulus nihil aliud eſt, quam inanis apprehenſio, & hinc ortus timor, & anſietas alicubi eſſe peccatum, vbi non eſt. u

u ita cōmuniter Nauar. Azor., & cæteri.

Lex Diuina duplex eſt; v. Moſaica, & Euangelica. Lex Moſaica eſt, quæ conſiſtit in Veteri Teſtamento, & conſtabat tribus præceptis, nempè, Moralibus, Ceremonialibus, & Iudicialibus.

Præcepta Moralia ſummatim cōtinentur in decem Decalogi præceptis;

tis;

tis; & quæ expresè non habentur in Decalogo, ad ipſum Decalogum referri poſſunt. *x* x *D.Th. qu.* 10. *art.* 3.

Præcepta Ceremonialia ſunt, quæ præſcribunt certas ceremonias ad cultum Diuinum; & proinde ſunt determinationes quædam eorũ præceptorum Decalogi, quæ ad diuinũ cultũ referuntur. *z* Et ſunt quadruplicia, v. quædam verſantur circa ſacrificia, s. Holocauſtum, Hoſtiam pacificam, & Hoſtiam pro peccato; quædam circa Inſtrumenta, s. Tabernaculum, Templum, Arcam Fœderis, Propitiatorium, Candelabrum, Menſam propoſitionis, Altare, Vaſa, & ſimilia; quædam circa Sacramenta. Quædam circa Obſeruantias Legales, s. Cibos, Abſtinentiam, Solemnitates Feſtorum, Veſtes, & alia. *a* z *D.Th. qu.* 101. *art.* 1. a *Becc. de Lege Moſaica*

Præcepta Iudicialia ſunt, quę pręſcribunt certam formam conſeruandæ Iuſtitiæ inter homines, & etiam hæc ſunt determinationes quædam eorum præceptorum Decalogi, quæ ad Iuſtitiam humanam conſeruandam ſpectant. *b* Et itidem ſunt quadruplicia, v. quædã præſcribunt. Certum ordinem Iuſtitię inter Principem, & Populum, quædam inter b *D.Th. præcit. loc.*

ipſos

ipſos Populares inter ſe : quædã inter Populum, & extraneos; quædam inter domeſticos eiuſdem familiæ, v. inter parentes, & filios, inter Maritum, & Vxorem, inter Seruum, & Dominum, *c* & de his præceptis Iudicialibus non ſolum eſt Lex Diuina; ſed Canonica, & Ariſtoteles in Ethica diuerſa etiam ratione.

c Becc. dic. loc.

Effectus huius Legis eſt, vt Præcepta Moralia prout ſunt naturalia, & à Deo data hodie etiam obligent, non tamen ſub illis minis, ac pænis, prout data fuerunt Hebręis. *d*

d Becc. de Lege Moſaica

Alter effectus eſt, vt Præcepta Ceremonialia non ſolùm ſint mortua, ſed etiam mortifera, quia erant figuræ, & prognoſtica Chriſti venturi; vndè, cum figuratus, s. Chriſtus venerit, illa omninò ceſſarunt, & ſine graui falſitate, & mendacio repeti non poſſunt. *e*

e Becc. loco cit.

Tertius effectus eſt, vt præcepta Iudicialia, quamuis ſint mortua, v. non ampliùs ſub ea forma, qua obligabant Hebræos, non obligent; velut erat pæna talionis, aliæque pænæ, vt in Sacra Scriptura; imò rectè probat Doctiſſimus Lælius Mancinus, iam meus Patauinus præceptor in libro de triplici iure ferè omnia, quæ

in

in Iure Pontificio,ac Cæſareo aguntur eſſe in Veteri Teſtamento, cui multum eſſe derogatũ, ecquis ignorat? tamen hæc Iudicialia pręcepta non ſunt mortifera, ſi obſeruantur ſub eadem ratione; ſicut iuſſa fuerunt Hebręis; quia pręſente Chriſto, ſine vllo mendacio repeti poſſunt. *f*

Lex Euangelica eſt, quæ continetur in Nouo Teſtamẽto, aut in ipſomet Euangelio, & tribus conſtat pręceptis, nempe moralibus, Sacramentalibus, & Præceptis Fidei. *g*

Effectus huius Legis eſt, vt Præcepta Moralia non tantùm obligent, vt naturalia, à Deo data; ſed etiam à Chriſto comfirmata. *h*

Alter effectus eſt, vt ex Præceptis Sacramentalibus, non ſolum aliqua omnes obligent neceſſitate præcepti; ſed etiam medij, vt eſt Baptiſmus qui eſt neceſſarius nõdùm renatis; vt pænitẽtia in peccata lapſis: alia obligant ſolùm neceſſitate Præcepti, vt Confirmatio, Euchariſtia. *i*

Tertius effectus eſt, vt Sacramentum Fidei omnes obliget; quia, qui crediderit, & Baptizatus fuerit, hic ſaluus erit. Ergo, qui non crediderit, condemnabitur; & ſine fide impoſſibile eſt placere Deo. *l*

f *Becc. de lege Moſaic.*

g *Becc. de leg. Euang.*

h *Dict. Authore*

i *DD. cõmuniter.*

l *Ex Sacra Scr.*

Lex Humana duplex eſt, s. Canonica, & Ciuilis: Lex Canonica, ſeu Ius Canonicum eſt Eccleſiæ præceptum faciendi bonum, & æquum, pro cõſeruatione Diuini cultus, omniũ Chriſtianorũ animarũ ſalute. *m* Duplex autem eſt Ius Canonicum, v. ſcriptum, quod cõſiſtit in quatuor partibus, nempe in Iure Diuino, in Decretis Conciliorum, in Placitis Principum, & in Sententijs Patrum. Alterum eſt non ſcriptum, quod cõtinetur in traditionibus, & conſuetudinibus. *n*

m Lăcell. in prin. Inſtit. Canon.

n Dicto Authore loco cit.

Effectus iuris Diuini eſt, vt omnes obliget; iuxta tamen diſtinctionem de lege Diuina ſupra traditam.

Alter effectus Conciliorum eſt, vt Concilia Vniuerſalia dicta etiam Oecumenica, ideſt totius orbis, omnes obligent, vt fuit Concilium Nicænum, Conſtantinopolitanum, Epheſinum, & Calcedonenſe *o* Concilia verò Prouincialia, quæ celebrantur inter Epiſcopos, & alios Clericos eiuſdem Prouinciæ, obligant tantùm ſubditos illius Prouinciæ. Et Concilia Epiſcopalia, ſiuè Diæceſana obligant tantùm ſubditos in Diæceſi; quia extra territoriũ iuſdicenti impunè non paretur. *p*

o c.1.§. inter cetera diſt. 15.

p c.2. de Conſt. in 6.

Ter-

Tertius effectus eſt,vt Principum placita obligent iuxta iuſdicentis iuriſdictionem, *q* nam ſicut inter Eccleſiaſticos Placita Summi Pontificis omnes obligant; Archiepiſcopi in ipſius Prouiucia: Epiſcopi in ſua Diæceſi; & ſic de cæteris; ita etiam inter Seculares placita Imperatoris omnes aſtringunt; deinde placita Ducis,vel Marchionis in ſuo territorio,ſecundum eorum Iuriſdictionē. *r* Et hæc quoque Placita obligant in foro Canonico; dummodò Sacrę Scripturæ, vel Canonicis Sanctionibus, vel bonis moribus nō aduerſentur, *ſ* quia ſicut leges non dedignātur Sacros Canones imitari; ita & Sacrorum Statuta Canonum Principū Conſtitutionibus adiuuantur. *t*

q *c.1.& poſſim. diſt.19.*

r *§. ſed & quod Principi I.de Iure N. G. & C.,& ibi DD.*

ſ *c.1.extr. de ſent.,& re iud.*

t *c.1.extra de nou.operis nunc*

Quartus effectus eſt, vt Sententiæ,puta Auguſtini, Hieronymi,Iſidori, & ſimilium pòſt Summorum Pontificum, & Sacrorum Decreta Conciliorum, & Sanctionem in decidendis cauſis locum habeant *u* in ſcripturarum interpretatione præferuntur etiam prædictis, & ratio diſparitatis eſt; quia in his ſpectatur magis Sanctitas, & in Legibus condendis poteſtas. x

u *c. 1 diſt. 20*

x *Diſt. 20. in prin.*

Quintus effectus eſt, vt traditio,

quæ eſt Ius quoddam conſiſtens in ijs, quæ initio ſola voce, vel facto prodita ad nos, veluti per manus peruenerunt, z vt ſunt in ſacrificio Miſſæ commixtio aquæ cum vino, ieiunium Quadrageſimale, Baptiſmus paruulorum, aliaquè quamplurima, obliget, vt Lex, *a* vndè D. Paulus. State, & tenete traditiones, quas didiciſtis, ſiuè per ſermonem, ſiuè per epiſtolam noſtram. *b*

Sextus effectus eſt, vt cõſuetudo, quæ eſt Ius quoddam moribus inſtitutum, quod pro lege ſuſcipitur, cum deficit Lex, *c* & tria habere debet, nempe, vt ſit rationabilis, ſit legitimè pręſcripta ſ. per decennium, & duo actus ſaltem interuenerint, *d* ſit optima Legum interpres, & habeat vim Legis; imò ipſi Legi ſcriptæ deroget. *e*

Lex Ciuilis, vel Ius Ciuile dupliciter conſiderari poteſt, vel prout eſt publicum, quod conſiſtit in ſacris, Sacerdotibus, & magiſtratibus, *f* & ſpectat ad ſtatum rei Romanæ, s. ad ſtatum publicum: *g* vel prout eſt priuatum, quod eſt collectum ex naturalibus Pręceptis, aut Gentium, aut Ciuilibus, & ad ſingulorum vtilitatem pertinet. *h*

z c. Eccleſiaſticarum diſt. 11.
a d. c. Eccleſiaſticarum.
b c. 2. Teſſalon. 3.
c c conſuetudo diſt. 1. l. de quib° ff. de legibus.
d d. l. de quibus, & ibi notata.
e d. l. de quibus.
f l. 1. §. publicũ ff. de iuſt. & iur.
g § fin. I. de iuſt. & iur.
h d. §. fin.

Ius naturale eſt, quod natura omnia animalia docuit. *i* Hoc autem Ius accipitur pro inſtinctu, vel propenſionibus, quas quodlibet animal habet ex genere ſuo, & propria conſtitutiua differentia. *l* Et rectè vnicum Ius naturale dicitur, licet DD. dicant eſſe Ius naturale commune omnibus animantibus Primæuum, & Secundarium tantùm hominibus conueniens; quia vnum conſideratur reſpectu generis, & non differentiæ conſtitutiuæ; aliter, quot ſunt animalia ſpecie diuerſa, eſſent Iura, cum non videatur maior ratio, vt propria differentia in hominibus faciat diuerſum Ius, & non in alijs animantibus.

i Tex. in princ. I. de iure Nat. Gent., et Ciu.

l DD. in dic. Tex

Ius Gentium eſt, quod naturalis ratio inter omnes homines cōſtituit; id apud omnes populos peręquè cuſtoditur; quaſi quo Iure omnes Gentes vtuntur. *m* Hoc quoquè Ius dicendum eſt eſſe vnicum ex eadem ferè ratione Iuris Naturalis. Et ſi inueniatur Ius Naturale pro Iure Gentium *n* intelligi debet; quatenus naturalis ratio hoc Ius conſtituit.

m §. ius autem d. tit.

n vt ex § ſingulorum I. de rer. Diu.

Ius Ciuile eſt, quod quiſquè populus, vel Ciuitas libera ſibi Ius con-

ſtituit, idquè ipſius proprium Ciuitatis eſt. *o* Hoc autem Ius eſſe cæpit, cum Ciuitates condi, & Magiſtratus creari,& Leges ſcribi cęperũt. *p* Quod Ius eſt, vel ſcriptum, vel non ſcriptum (hæc tamen non eſt eſſentialis Iuris diuiſio) & idem eſt, ac conſuetudo. *q*

Species Iuris ſcripti ſunt ſex nempè. Lex, Plebiſcitum, Senatus conſultum, Principum Placita, Magiſtratuum Edicta, & reſponſa Prudentum. *r*

Lex eſt, quod Populus Romanus Senatorio Magiſtratu interrogante, (vel vti conſule) conſtituebat. *ſ*

Plebiſcitũ eſt, quod Plebs plebeo Magiſtratui interrogante, (vt hic Tribuno) conſtituebat. *t*

Senatus conſultum eſt, quod Senatus iubet, atque conſtituit. *u*

Principum placita ſunt conſtitutiones Principum,vel Imperatoris. *x*

Magiſtratuum Edicta ſunt decreta ipſorum Prætorum, vel Magiſtratuum. *z*

Reſponſa Prudentum ſunt Sententię,& opiniones Iuris peritorum; v. Scæuolæ Vlpiani, aliorumquè in ff. relatorum. *a*

Lex tamen reſpectu Iuris conſidera-

o *d. §. ius autẽ Ciuile I. de Iur. Nat. Gent., et Ciu.*
p *d. § ſingulorũ.*
q *§ conſtat, & §. ſine ſcripto I. de I. Na. Gen., & Ciu.*
r *d. § cõſtat.*
ſ *§. Lex d. tit.*
t *d. §. Lex.*
u *§. Senatus cõſultũ d. tit.*
x *§. ſed & quod d. tit.*
z *§. Prætorum d. tit.*
a *§. reſponſa d. tit.*

deratur, vt ſpecies; habita verò ratione ad alias in iure determinationes accipitur, vt genus, vndè dicitur: Lex eſt Sanctio Sancta honeſta iubens, & contraria prohibens. *b*

Primò Effectus Iuris Ciuilis Publici eſt conſtituti Iuris, v. agitur de Iuſtitia diſtributiua, cuius adminiſtratio ſpectat ad Principem, s. ſecundũ merita diſtribuere honores, & ſecundũ delicta infligere pęnas. *c*

Secundò effectus Iuris priuati eſt, vt vnuſquiſque exerceat iuſtitiam Commutatiuam, cuius adminiſtratio pertinet ad ſingulorũ vtilitatẽ. *d*

Tertiò effectus Iuris Naturalis eſt Maris, & Fæminæ coniunctio, liberorum procreatio, & Adulatio: nã omnia Animalia iſtius iuris videntur eſſe peritia, alijquè ſunt effectus Iuris Naturalis, vt dictat natura. *e*

Quartò effectus Iuris Gentium ſunt bella, captiuitates, dominiorum diſtinctio, & omnes ferè contractus, alijquè à Naturali ratione ob boni, vel priuati, vel publici conſeruationem emanantes. *f*

Quintò effectus Iuris Ciuilis eſt, vt vnuſquiſquè Subditus Ius Ciuile, eiuſquè ſpecies obſeruare teneatur. *g*

b *d. §. Lex, & ibi DD.*

c *§. fin. de iuſt., et iur. in I., et ibi DD.*

d *d. §. fin., & ibi DD.*

e *in pri. d. tit. de Iur. Na. Gen., & Ciu., & ibi DD.*

f *§. 2. d. tit. de Iur. Na. Gen., & Ciu., & DD. ibi.*

g *d. §. conſtat. cũ ſeqq; & Diffuſius in principio mei libelli de origine iuris, vbi de hac materia habetur.*

 PARS

PARS TERTIA.

DE CONVENIENTIA Legis Humanæ.

PRimò effectus generalis, ſeu virtus Legis hęc eſt, imperare, vetare, permittere, punire. *a*

Secundò ſicut Lex Eccleſiaſtica obligat in conſcientia; præcipuè ex fundamento illarum ſcripturarum: paſce oues meas: qui vos audit, me audit: qui vos ſpernit, me ſpernit: ſi Eccleſiam non audierit, ſit tibi ſicut Ethnicus, & Publicanus; *b* ita Lex Secularis obligat in conſcientia *c* per me Reges regnant, & legum conditores iuſta decernunt. Subditi eſtote propter Deum, ſiue Regi, quaſi præeccellenti, ſiue Ducibus; tamquam ab eo miſſis ad vindictam malefactorum. Qui reſiſtit poteſtati, Dei Ordinationi reſiſtit. *d*

Tertiò tàm Lex Eccleſiaſtica, quã Ciuilis obligat ſub peccato, 1. quod non eſt ſecundum cõſcientiam, peccatum eſt; & ſic, qui Leges violat, peccat; quando autem Legislator obligat ſubditos in re graui: vel violatio reſpectu finis eſt grauis: tunc obli-

a Tex. in l. virtus ff. de legibus.

b Becc. q. 1. de leg. human.

c ex Prouer. 8. 15.

d Diu. Aug. q. 2. de leg. hum.

obligatio eſt ſub mortali; in re autē leui, vel quando ſe explicauit Leges ſub mortali non obligare, tunc obligatio erit tantùm ſub veniali. *e*

e Becc. q. 3. de leg. hum.

Quartò vtraque Lex cum vitę periculo obligare poteſt; quando s. Legis obſeruatio eſt maioris boni, maioriſque momenti, quàm vitæ hominis conſeruatio, v. ſi Epiſcopus præcipiat Sacerdoti ſibi ſubdito præſertim Parocho, vt maneat in oppido peſte infecto, & infirmis Sacramenta miniſtret: ſi Dux etiam præcipiat militi, vt locum ſeruet, aut aggrediatur hoſtes, tenetur miles, & Sacerdos, cum vitæ periculo, ac diſpendio obedire. Cęterùm nec Lex Humana, imò nec Diuina, niſi fiat in cōtemptum Dei aliquid, aut res ſit intrinſecè mala, cum periculo vitæ obligat; vndè ait Chriſtus: iugum meum ſuaue eſt, & onus leue. Nemo ad impoſſibile obligari poteſt. *f* Impoſſibilium nulla eſt obligatio; & ratio etiam eſſe poteſt; quia Legislator cum tali periculo obligare non intendit, vel ea in obligationem intendere nequit, vt patet ex preceptis Eccleſiaſticis; imò ex naturalibus, & diuinis ad legitimam defenſionem quis homi-

f c. nemo de reg. Iu. in 6. l. impoſſibiliū ff. de reg. Iur.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

nem occidere poteſt. *g*

g Serra q.96.D. Thomæ art. 4. dub.5.

Quintò Lex Humana poteſt præcipere, aut prohibere actus internos, vt coniunguntur cum exterioribus, tamquam rationes, & cauſæ morum, & ita ſecundariò, & non primariò: nam hæreſis peccatum ab Eccleſia prohibetur, & excomunicationi ſubijcitur. *h* At hæreſis mentalis, quamuis ſit peccatum, tamen excomunicari non poteſt; niſi aliquo ſigno exprimatur iuxta illam regulam; Eccleſia non iudicat de occultis. *i*

h c. nonerit. de Sent. Ex tom.

i Serra q.96.D. Th. art. 3.

Sextò Leges tàm Canonicę, quàm Ciuiles, vt obligent, promulgari debent in ſingulis prouincijs, earũquè obligatio poſt duos menſes viget à publicatione facta. *l* Vbi Lex noua non obligat Prouinciales; niſi poſt duos menſes à promulgatione in eorum prouincijs facta; & idem dicendum eſt de Lege Canonica; quia Ius Ciuile vbi Iuri Canonico non aduerſatur, ab Eccleſia ſeruari ſolet. *m* Ratio etiam eſt; quia cũ ignorantia Iuris neminem excuſet, æquum *n* eſt vt detur aliquod tempus, intrà quod in omnium notitiam deuenire poſſit.

l Auth. vt factæ nouę cõſtit.

m c. 1. de nou. ope. nũt.

n c. ignorãtia de reg. Iur. in 6.

Septimò vt Leges humanæ obligent, requiritur conſenſus, & accep-

tatio

tatio Populi; Leges enim inſtituuntur, cum promulgantur, firmantur, cũ moribus vtentium approbantur. *o*

o Tex. in c. in iſtis diſt. 4.

Octauò Lex Humana tàm Ciuilis, quàm Eccleſiaſtica poteſt irritare contractum, & efficere perſonas ad contrahendum inhabiles. Hoc patet ex Concilio Trid., *p* vbi irritatur Matr. Clandeſtinũ, & ad illud contrahendum inhabiles reddantur, qui contrahunt ſine teſtibus, & parocho. Secundò ex Iure Ciuili, & Canonico, vbi irritantur contractus minorum, & alienationes rerum Eccleſiaſticarum ſine ſolennitate factæ, vt eſt titulus in ff. de minorib., & ex in Decretalib. de reb. Eccl. non alien.

p Seſſ. 24. c. 1. de refor.

Nonò, ſicuti Clerici obligantur legibus ſuorum Prælatorum; ita etiam Laici tenentur legibus ſuorum ſuperiorum: *q* & vt Principes, & Legislatores Eccleſiaſtici obligantur ſuis legibus; ita etiam Legislatores Seculares. Hoc tamen intelligendũ eſt, quoad vim directiuam, & non quoad coactiuam; quia nemo ſuis legibus ſubeſſe poteſt; ac proinde puniri non poteſt, ſi legem ſuam non ſeruet. *r*

q c. ſolite cum ſeqq. extr. de maior. & obed.

r l. Princeps ff. de legibus, et l. digna vox. C. eod., & ibi DD.

Decimò quilibet Princeps, tàm

Eccleſiaſticus, quàm Secularis diſpenſare poteſt in ſua lege,& ſuorum anteceſſorum, cum quibus parem habet poteſtatem, & ſuorum inferiorum ex legitima cauſa; ratio eſt; quia, qui poteſt aliquẽ obligare pro ſuo arbitrio, poteſt etiam eximere ab obligatione, cum vtrumque ſit eiuſdem poteſtatis l. eius eſt velle, cuius eſt nolle. *ſ* Dicitur autem ex legitima cauſa; quia Princeps non poteſt aliquid facere contra commune bonum propter priuatam vtilitatem, quod faceret, ſi diſpenſaret cum aliquo ſine cauſa; ſi tamen de facto fieret diſpenſatio ſine legitima cauſa valeret, & ipſe Princeps peccaret. *t*

ſ ff. de reg. Iur.

t Becc. q. 13. de le. human.

Vndecimò licet præter verba legis agere, ſi eueniat caſus, in quo obſeruatio Legis ſit damnoſa communi ſaluti. *u* Ratio eſt; quia Lex eſt conſcripta pro communi vtilitate ciuium. *x*

u D. Th. qu. 96. art. 6.

x c. erit autẽ Lex diſt. 4.

Decimoſecundò ſicuti eſt Lex Canonica pænalis; ita eſt etiam Ciuilis, vt clarè conſtat ex corpore Iuris Canonici,& Ciuilis.

Lex pænalis eſt, quæ ex arbitrio Legislatoris ſtatuit pænam in tranſgreſſorem. *z*

z Bec. de leg. pænali.

Effectus Legis pęnalis eſt, vt obliget

get ad pænam; non autem ad culpam. *a* Ratio eſt; quia Legislator ſe explicat quo ad pænam,& nõ quo ad culpam; & conſuetudo etiam ita interpretatur, vt tranſgreſſor teneatur de pæna. Intellige tamen hoc procedere,quando res non eſſet prohibita alia Lege,vel Naturali,vel Diuina: & ita intelligitur de culpa in foro Conſcientiæ; non autem in foro exteriori, quæ accipitur pro cauſa iuxta illã regulã: ſine culpa, niſi ſubſit cauſa,nõ eſt aliquis puniendus. *b*

a Nauar. in ſũma cap. 23. nu. 55. & ſeq.

b c. ſine culpa de reg. iur. in 6.

Decimò tertio. Nulla Lex pænalis obligat in foro conſcientiæ ante Iudicis condemnationem, & ſententiam ad aliquam pænam, cuius executio requirit aliquã actionẽ; etiamſi dicat ipſo Iure vel ipſo facto, aut aliud ſimile; quia niſi confeſſus, aut conuictus cõdemnatur,aut punitur. *c* Et etiam Natura abhorret, vt idẽ ſit agens,& patiens,Reus, & Iudex.

c c. inter quatuor de maior. & obed.

Si verò executio ſententiæ nullam actionem requirit,ſi dicat ipſo facto, aut aliud æquiualens, vt ſunt Leges, quæ imponunt pænas excomunicationis,ſuſpenſionis,interdicti, & irregularitatis: tunc Lex pęnalis obligare poteſt in foro conſcientię ante Iudicis ſententiã ad pænam. *d* Et ratio

d Serra in D. Th. qu. 94. art. 6. dub. 3.

eſt; quia, cum Princeps Eccleſiaſticus, vel Secularis habeat Ius in Subditorum bona, atquè in eos iuriſdictionẽ, legitima ex cauſa illa de Iure auferre, eoſque obligare poteſt. *e* Extenſio tamen non eſt facienda in pœnis; ſed benignior interpretatio: *f* ideò vbi Lex Reum clarè non declarauit ipſo facto eſſe priuatũ omnibus ſuis bonis, vel obligatum ad pœnam, ſe ipſum priuare, vel ad eam obligare nõ debet, cũ ſit in poſſeſſione ſuę libertatis, ſuorumque bonorũ.

e §. fin. l. bis, qui ſunt ſui vel alie. Iur., & paſſim in toto Iur.

f c. in pœnis de reg. Iur. in 6.

Decimoquartò. Vt Ius Ciuile verſatur circa Perſonas, Res, & Actiones; *g* ita etiam Ius Canonicum pertinet ad Perſonas, Res, & Actiones, ſeu Iudicia. *h*

g §. fin. l. de Iur. Nat Ge. & Ciu.

h Lãcellot. in prin. In. Canon.

PARS QVARTA.

De præcipua differentia, ſeu fine vtriuſque Iuris.

PRimò in Iure Ciuili agitur de perſonis, quatenùs ſunt liberę, vel ſui, vel sũt alieni Iuris (ideſt alienę poteſtatis) vt ſerui, & filij familias, vel ſui Iuris, vt pupilli, minores, & etiam maiores. *a* Tractatur de rebus, quatenùs ſunt, vel

a pr. lib. inſtitut. Ciu. tit. 3. 8.

vel eſſe poſſunt in noſtro patrimonio, vt res profanæ, vel non ſunt, vel eſſe nõ poſsũt in noſtro patrimonio, vt Res Sacræ, Religioſæ, & Sanctæ. *b*

Rerum aliæ ſunt Corporales, quæ ex natura ſua tangi poſſunt; v. Fundus, Homo, Veſtis, Aurum, & alia: aliæ Incorporales, quæ ex natura ſua tangi non poſſunt, & in Iure conſiſtunt; ſicuti ſeruitus, vſusfructus, vſus, hæreditas, & obligationes quoquo modo contractæ. *c*

Actio eſt Ius perſequendi in Iudicio, quod ſibi debetur, *d* & ſi principaliter dirigitur in perſonam, quatenus proueniat ex contractu, vel quaſi, ex delicto, vel quaſi dicitur Perſonalis: ſi verò primariò dirigatur in rem, quatenùs res nobis debetur; ſed ab alio detinetur, vocatur actio Realis, ſeu Rei vẽdicatio. *e*

Actio autem intẽtatur ab Actore in iudicio contra Reum; vndè Iudicium eſt Actus legitimus trium perſonarum, nempe Actoris, Rei, & Iudicis, *f* & hoc intelligi debet præcipuè de iudicio contentioſo.

In Iure verò Canonico Perſonæ ſunt in triplici differentia, nempe aliqui ſunt Clerici, qui per ſuſceptionẽ ordinũ diuinis miniſterijs mancipã-

tur,

b in tit. de rerũ diui. vſq; ad §. 11

c in prin. tit. Inſt. de reb. corp. et in cor. §. 1. et 2

d l. de Act.

e §. 1. d. tit. de Act.

f Bald. in rub. ff. de iud.

tur, vel deſtinãtur: *g* alijſunt regulares, v. Monaci, vel Moniales, alijq; certæ Religioni aſtricti, & à Sede Apoſtolica approbati, qui tria ad vota Paupertatis, s. Caſtitatis, & Obediẽtię ſeſe aſtrinxerũt. *h* Alij dicũtur laici, qui nullis Eccleſiaſticis munerib', vel voto Religionis aſtricti sũt, libẽreque cõmercijs ſecularib⁹ vacant. *i*

Res Eccleſiaſticæ pari modo non poſſunt eſſe in noſtro Dominio, & ſunt vel Corporales, quæ aliquo modo ſenſũ corporis percipi poſsunt, v. Sacramenta Eccleſiæ, Templa, Monaſteria, Calices, Prædia, & ſimilia, vel ſunt incorporales, quæ nullo sẽſu corporis percipiuntur, & in Iure cõſiſtũt, vt ſunt Electio, Collatio, Inſtitutio, Ius patronatus, Ius decimandi, ſuccedendi, ſepeliendi, & obligationes, quoquo modo initæ; & hæc diuiſio eſt ſimilis dictę Iuſtinianeę. *l*

Agitur verò in Iure Canonico ferè eodem modo de Actione, Iudicioue, ac in Iure Ciuili, excepta diuerſa in perſonas iuriſdictione. *m*

Secundò Ius Ciuile reſpicit Perſonas, Res, Actioneſque, ſub ratione Ethicæ, 1. Boni publici, tã vniuerſalis, quàm particularis, vel cõſeruationis Reipublicæ, aut Iuſtitiæ, ſeu felicitatis ipſius. *n*

g c. duo ſunt 2. q. 1.

h c. fin. ex de relig. Dom.

i d. c. duo ſunt.

l de reb. corp., & incorp. in Inſt.

m vt videre eſt in corpor. Iur. Canonici.

n vt videre eſt in corp. Iur. Ciu. et pręcipuè de Legibus.

Canonicũ verò Ius intuetur primariò conſeruationẽ Diuini cultus, ſalutemque omnium Chriſtianorũ animarũ, *o* vndè Iuri Canonico in materia tàm peccati, quàm animę, ſi Ius Ciuile aduerſatur, ſtandum eſt. *p*

o Lăcell. in prin. Inſt. Canon.

Tertiò de Iure Canonico Poteſtas eſt triplex, vna Ordinis, altera Iuriſdictionis Interioris, tertia Iuriſdictionis Exterioris. Prima refertur ad Sacramẽta cõficienda, adminiſtrãda. Secunda ad regendũ Populũ Chriſtianũ in foro Conſcientiæ, quod fit abſoluendo, & ligãdo: tertia ad eundẽ populũ regendũ in foro exteriori, quod fit Leges cõdendo, puniendo, cauſas cognoſcendo, controuerſias dirimendo, & quæ ſimilia ſunt. *q*

p arg. c. fin. ext. de præſcript.

q Bec. de leg. hum. q. 1.

De Iure autẽ Ciuili Poteſtas eſt tãtùm exterioris Iuriſdictionis. Iuriſdictio verò eſt poteſtas de publico introducta, cum neceſſitate iuriſdicendi, & æquitatis ſtatuendæ, quæ continet ſub ſe Imperium, & Iuriſdictionem ſimplicem tamquam ſpecies, & Imperium quoquè diuiditur in Merum Imperium, & Mixtum.

Imperiũ eſt Iuriſdictio, quę officio Iudicis nobili exercetur.

Merum Imperiũ eſt Iuriſdictio, quæ officio Iudicis nobili, vel per acB

cuſationem exercetur publicam vtilitatem reſpiciens, vt eſt poteſtas cōdendi Leges, gladij, vel adimendi vitam corporalem, & infligendi pænas corporales, vel pecuniarias.

Mixtū Imperiū eſt, quod officio Iudicis nobili exercetur, priuatā reſpiciens vtilitatem; vt eſt poteſtas cognoſcendi Actus voluntarios, ſupplicationem aduerſus ſententiam latam, cognoſcendi eas cauſas, quę important plenam cauſę cognitionem, & coactionem realem, vel perſonalem, vt mittere in poſſeſſionem, reſtituere in integrum, dare etiam bonorum poſſeſſionem, interponere auctoritatem emancipationi, & ſimilia.

Iuriſdictio ſimplex eſt, quę officio Iudicis mercenario expeditur, priuatam vtilitatem reſpiciens, & eſt Poteſtas cognoſcendi de re, in qua vertitur præiudicium, v. de ſtatu cauſæ, an quis ſit ingenuus, vel libertinus, vt ſi quis condemnatus ex delicto nō habet in bonis, luat in corpore; & hæc poteſtas, quam quis habet, vltrà trecentos aureos, delegari non poteſt; ſecùs verò infrà. *r* Vndè de Iure Ciuili ea, quæ ſunt Meri Imperij alteri delegari non poſſunt. *ſ* Secùs de Iure Canonico; ne irregularitatis nota incurratur. *t*

q Et de hac Iuriſdictione Ciuili videre eſt in ff. de Iuriſ. d. omn. Iud. in pręludio ſ l. 1. ff. de off. ei° §. illud. t c. ſ. ne Cler. , vel Mon. in 6.

INTERPRETATIONE
LEGVM, STATVTORVM, CONTRACTVVM,
Vltimarum Voluntatum, aliorumquè ſimilium.

Facilis, ac vtilis methodus in quatuor partes diuiſa: in prima agitur de Ampliatione, & Reſtrictione Legis, præcipuè ex ipſius mente: in ſecunda de Concordantia Legum: in tertia de Lege Ambigua: in quarta de Extenſione Legis ad caſum de Iure non deciſum: deindè quomodo ſtatutum ſit interpretandum, & Iudex iudicare debeat.

PARS PRIMA.
DE AMPLIATIONE, & Reſtrictione Legis.

VErbum, ex Legibus, ſic accipiendum eſt, tàm ex Legum ſententia, quàm ex verbis. *a* Si tamen naſcitur controuerſia inter mentem, & verba Legis, mens, ſiue intellectus ipſius eſt potior ſcriptura, ſeu verbis: quia ſcire Leges non eſt verba earum tenere, ſed vim, ac poteſtatem. *b*

Ex mente Legis varijs modis plus intel-

a Tex. in l. nominis §. verbũ ff. de verb. ſignif.

b Tex. in l. ſcire Leges ff. de legib. & c. intelligentia extr. de verb. ſignif.

intelligitur, quam ſit ſcriptum, vel dictum.

Primò. Ampliatio fit à ſubſtantia; nam dato termino intelliguntur ſubſtantialia, & formalia ipſius termini, videlicet ſuum genus, vel totum, ſpecies, vel pars, differentia, & propriũ. *c* v. g. dato Petro intelligitur, vt ſit animal, rationalis, homo, riſibilis: ſic facta Emptione intelligitur affuiſſe conſenſum, rem alienabilem, & pretium, vel fidẽ de eo. *d* Itidẽ cõceſsa ſtipulatione intelligitur, vt interrogatio præceſſerit, & ſequuta ſit Reſponſio verbis inter præſentes factis, & omnia cũ ſolemnitate acta, quoad ſubſtantialia ipſius ſtipulationis. *e*

Secundò à Natura; nàm Naturalia rei, vel contractus intelliguntur, quamuis nihil dictu ſit, & habentur, ac ſi eſſent expreſſa; videlicet facta venditione, venditor tenetur de euictione. 1. vel rem venditam præſtare, vel pretiũ Emptori reſtituere. *f* Sic in Mutuo intelligitur, vt reſtituatur tantùndem in genere ſuo eiuſdem qualitatis, & bonitatis; etiamſi dictum non ſit: *g*

Ratio huius Ampliationis eſſe poteſt, quia in omnibus, maximè in Iure æquitas ſpectanda eſt. *h* Bona fides,

c l. ſciẽdũ ff. de ver. obl.

d §. 1. I. de Emp. et vend.

e d l ſciẽdũ §. f. I. de fideiuſſor.

f l. in vẽdendo ff. de cõtr. empt.

g l. 2. ff. ſi certũ pet.

h l. in omnib. 91. ff. de reg. Iur.

fides, ſiuè æquitas in contractibus Bonę fidei eſt ſeruanda. *i* Qui ſentit onus, ſentire debet & commodũ, & è contra. *l* Locupletari non debet aliquis cum alterius iniuria, vel iactura. *m* Ideo, vt hæc Iuris principia locum habeant, multa in Iure tacitè intelliguntur; quamuis dicta non ſint.

Tertiò à præſumptione Legis, vel Conſuetudinis, nam ad exigendã dotem datur Actio ex ſtipulatu, ſiuè ſcripta fuerit ſtipulatio, ſiuè nõ; quia ſemper ex præſumptione Legis præſumitur eam interueniſſe. *n* Sic filium hæredem inſtitutum, eumquè, vt hæreditatem alienę perſonæ reſtituat, grauatum, Lex ex mentis Teſtatoris pręſumptione non obligat, ſi liberos habuerit. *o* Item in reſcriptis Pontificijs intelligenda eſt hæc conditio, ſiue clauſula: ſi preces veritate nitantur; vel ſi ita eſt. *p*

Quartò ex cõnexione, nam aliquo conceſſo, ea omnia intelliguntur cõceſſa, ſine quibus comodè id haberi, vel adhiberi non poteſt. *q*

Sublato quoquè aliquo, ea omnia intelliguntur eſſe ſublata, quæ ab eo depẽdent. *r* Vndè plura inſerũtur.

Pri-

i l. bonæ fides ff. depoſ.

l c. qui ſentit. de reg. Iur. in 6. l. ſecundũ naturam ff. de reg. Iur.

m c. locuplet. de reg. Iur. in 6.

n l. vn. C. de rei vxor act.

o l. cum acutiſſimi C. de fideicom.

p c. 2. ex de reſcr.

q l. verbo victꝰ ff. de ver. ſignif. l. legatis 7 ff. de alimen. legatis cũ ſuis concord.

r c. trãſlato 3. de cõſtit. c. concupiſcentiam eod.

ſl. 1. c. de lat. libert. toll. d. c. 3. de Conſt.

Primò prohibita origine, vel principio intelliguntur eſſe etiam prohibita omnia, quæ naturaliter exindè naſcuntur. *ſ*

t c. cum qd vnà de reg. Iur. in 6 l. fraus, ff. de leg.

Secundò vetito fine, vel effectu, cenſetur etiam vetitus omnis modus, per quē deueniri poteſt ad eū finē. *t*

u l. ſi quis tutor. §. quamuis ff. de rit. nupt.

Tertiò interdicto principali, cenſetur etiam interdictum eius antecedens præparatorium, v. prohibito Matrimonio, intelliguntur etiam prohibita Sponſalia. *u*

x c. acceſſoriū de reg. Iur. in 6. l. cū principalis ff. od.

Quartò conceſſo principali, intelligitur quoque conceſſum Acceſſorium; quia acceſſorium ſequitur ſui principalis naturam. *x*

z in princip. tit. qui Teſt. tutor. dari poſſūt & in prin tit. de hered. Inſtit. in Inſtit.

Quintò. Dato cōſequenti, dari etiā debet antecedens; vel qui vult conſequens, vult etiam neceſſarium antecedens, v.g. qui vult ſuū ſeruū eſſe tutorem, vel hæredem, vult etiam eum eſſe liberum. *z*

Sextò. Diſpoſitio facta in principali, cenſetur etiam repetita in eius ſubrogato; quia ſubrogatum ſapit naturā eius, in cuius locū ſubrogatur. *a*

Septimò. Diſpoſita in vno ex coniunctis, cenſentur diſpoſita, & in altero, videlicet, vſus ædiū relictus marito,

a c. maiores in verbo, ſicut, ex de Bapt. l. ſi Iudex ff. de Iudicijs.

rito, intelligitur etiã relictus vxori, *b* & iniuria facta filio intelligitur etiã facta Patri. *c*

Octauò. In vnitis, ac parificatis eadem eſt ratio. *d*

Nonò. Lex ſtatuens aliquid in vno correlatiuo, intelligitur idem ſtatuere in alio, in quo ſunt correlatiua per paritatem; ideò ſi res aliqua prohibetur vendi, intelligitur etiam prohibita emi. *e*

Decimò. Cum Lex vnum ex contrarijs permittat, videtur aliud contrarium in eo, in quo ſunt contraria denegare, & è cõtra v.g. ſi quis dicat eſſe diem, negat eſſe noctem, & ſi Lex iubet fidem eſſe ſeruandam, negat perfidiam eſſe committendam. *f*

Quamuis autem Lex generalis generaliter ſit intelligenda, *g* tamen tripliciter reſtringitur, ſeu minus intelligitur, quàm ſit ſcriptũ, vel dictũ.

Primò. Reſtrictio fit per aliam Legem de nouo factam; quia poſteriora derogant prioribus. *h*

Secũdò. Per Antecedẽtia, vel ſubſequentia ipſius Legis, *i* & inciuile eſt

b §. *is, qui ædiũ I. de vſu, & habit.* *c* *l. p. ff. de iniurijs.* *d* *c. 1. ne ſede vac. aliquod innou. l. p. ff. de leg. 1. §. 1. I. de ſtipul. ſeru.* *e* *l. 1. C. de cupreſſis lib. vndec. c. præterea de Iur. patr. l. 2. C. de Malif., & Mathem.* *f* *l. hæc verba ff. de verb. ſign. l. cũ præt. ff. de Iud. c. qualis 25. diſt.* *g* *l. p. §. general. ff. de leg. præſt. l. de pretio ff. de public. in rem act. c. ſi Romanorũ diſt. 19.* *h* *l. non eſt nouum cum ſeqq; ff. de leg.* *i* *l. verũ ff. de pet. hæred.*

l l.inciuil. ff. de legibus. m l. ſi cui ff. de ſeruit. l. obligat. generali ff. de pign. n l. 2. §. 1. ff. de Iudicijs l. ſi errorem ff. de Iuriſdic. om. Iud. l. pr. ff. q. met. cã. o l. ſi ſtu las §. fin. ff. de cõ. tr. Empt. c. dilectus de Conſ. p l. p. ff. de Trãſact. q l. quæ fortuitis C. de pign. act. r l. generalit. in fin. C. de Inſtitut.

eſt iudicare tota lege non perſpecta. *l*

Tertiò. Ex mente ipſius Legislatoris; *m* & hæc reſtrictio pluribus modis contingit.

Primò. Ex natura vocabuli, v. conſenſus ex propria ſignificatione excludit Errorem, Vim, & Metum. *n*

Secundò. Ex conſuetudine loquẽdi, vel agendi; nam actus contra conſuetudinem factus, non valet. *o*

Tertiò. Ex natura rei, vel negotij, v. ſi dictũ eſſet, vt de omnibus rebus tranſactio fieri poſſit; intelligitur tamen ſolum de rebus dubijs, *p* ſic ex natura contractus conductionis, vel pignoris, conductor, vel creditor non tenetur de caſu fortuito. *q*

Quartò. Ex præſumptione Legis, v. filio hærede inſtituto, & grauato, vt hęreditatem reſtituat Titio, ſi ipſe liberos ſuſceperit; Titius licet ſit vocatus, hæreditatem non habebit. *r* Sic etiam donatio reuocatur per ſuperuenientiam filiorum. *ſ*

Quintò. Ex inopinata cauſa ſuperueniẽte, v. Iudex electus, ſi deinde factus ſit familiaris vni parti, reſpui poteſt. *t* ratio eſt; quia, quę de nouo emergunt, nouo indigent auxilio. *u*

Sex-

ſ l. ſi vnquam C. de reuoc. don. t c. inſinuãte dę off. de leg. u l. 1. ff. de ven. inſpic.

Sextò. Ex comparatione expreſſorum verba reſtringũtur, vt ſi mentio habeatur de temporalibus, deinde dicatur, concedo omnia; non intelligũtur cõceſſa ſpiritualia omninò ſeparata; vndè, ſi dicitur vendo, vel donò tibi villam cum omnibus iuribus, nõ intelliguntur vendita ſpiritualia, putà decimæ. *x* Et licet ſermo ſit generalis; tamen intelligi debet ſecundũ ſubiectam materiam, & etiam expreſſa, vel Iuriſdictionem. *z*

Septimò ex ratione, & cauſa Legis; quia ceſſante cauſa, ceſſat effectus. *a* Itidẽ ceſſante Legis ratione, ceſſat Lex. *b* Circumſtantiæ tamen ipſius Legis variari, vel mutari poſſunt, v.ſi in ciuitate obſeſſa ſtatueretur, vt Portę ciuitatis manerent clauſæ: ſi enim contingeret caſus, vt hoſtes inſequerentur ciues, per quos ciuitas conſeruatur, Portæ eſſent aperiendę contra verba Legis, vt ſeruaretur comunis vtilitas, quam Legiſlator intendit. *c*

x c. ex litteris de Iur. patr. in princ.

z c. penult. de Auct. et vſu pallij, & ibi Gl.

a l. generalis. c. cũ ceſſãte de appell.

b l. f. ff. ad Sylan. cum ſimilib.

c D. Th. de legib.

C PARS

PARS SECVNDA.

De Concordantia Legum.

Eges inuicem cōcordandæ ſunt, quatenus fieri poterit *a* ratio: quia à conſilio maiorum noſtrorum non de facili recedendum eſt. *b*

Itidem Iura Municipalia,ſiue cōſuetudines ſunt concordandæ cum Legibus,ac regulis Iuris cōmunis. *c*

Statuta ſecundum Ius commune intelligi debent, vt aliquid operetur, v.vt legem veterem, aut obſcurā declarent, vel vt Lex omnibus innoteſcat,aut aliquam prauam conſuetudinem, ſaltem dubitatam auferant. *d* Idem quoque intelligendū eſt in caſu Legis claræ; quia in Iure noſtro nō tantùm conſiderari debet Actus; ſed Aptitudo,vel Potentia,vt res eſſe poſſit, *e* ſic etiam ex Philoſophis: homo dicitur riſibilis; non quia actu ſemper rideat, ſed quia habet potentiam ad ridendum. Pari ratione dici debet de Statuto legi claræ ſuperaddito,quod ex natura ſua, & obligat; & per ſe ſolum ad obligandum potentiam habet. Sta-

a l. nō eſt nouū, cū ſeqq; ff. de ll. l. vn. C. de inoff. dot.

b *l. 2. ff. de ll. c. ne innitaris de Conſtit.*

c *cū dilectus de cōſtit. c. 1. eod. in 6. l. de quib. ff. de ll. l. omnes Popul. ff. de Inſt., & Iur., et ibi DD.*

d *c. ſunt quidam 25. q. 1. l. f. C. de indic. viduit. tol. l. f. de ob ſeru. iei. iun.*

e *§. ea quoq; res I. de leg. & in prin. tit. de rer. diu. in I.*

Statuta cōtra Ius cōmune reſtringi debent, in quantum fieri poteſt. Ratio eſt, nam, quæ exorbitant à Iure cōmuni, nequaquā ad conſequentiam ſunt trahenda. *f*

Multoties Leges videntur contrariæ; & tamen nō ſunt; quia, aut vna Lex aliam declarat, aut alia Lex aliā diſtinguit: aut Lex potior, ſeu, quæ præualet, aliam limitat, vel derogat, vel etiam abrogat.

Primò vna Lex aliam declarat, v. quia antiqua Lex erat obſcura, vel diſſenſio inter Iuris cōſultos antiquos. *g*

Secundò vna Lex aliā diſtinguit, & concordat. *h*

Tertiò vna Lex aliam limitat, vel illi præualet, aut derogat, aut ipſi abrogat. *i*

Vna Lex alteri præualet triplici modo: Vel ratione ſubiecti Legis, ſ. rei, de qua Lex loquitur: Vel ratione modi: Vel ratione qualitatis ipſius Legis.

Primò, ratione ſubiecti Legis, quomodo vna Lex alteri præualeat, ſeptem regulæ ponuntur, quarum

Prima regula eſt: Lex diſponēs de religione, vel de rebus ſacris præualet legi diſponenti de rebus profanis. *l*

f c. quę à Iure de reg. Iur. in 6. g Cōſtit. 1. in §. quib. C. de nouo Cod. fac. l. apud antiquos C. de furt. h §. cum ex aliena de rer. diu., & §. poſthumo cum ſeqq. I. de leg. i l. f. C. qb ex cau. in integ. reſtit. neceſ. non eſt l. maximū vitium C. de lib. præt. l. derog. ff. de verb. ſignif. l l. ſunt perſonæ in fine ff. de relig. & ſump. funer. l. ſi quis C. de epiſc. et Cler. c. à ſede depræben. in 6.

Se-

Secunda: Lex diſponens de bonis animæ, præfertur legi diſponenti de bonis corporis. *m*

Tertia: bonum publicum anteponetur priuato. *n*

Quarta: vita pręfertur rebus, & res propria rei alienæ. *o*

Quinta: æquitas, vel fauor anteferfertur rigori, & odio. *p*

Sexta: caſus neceſſarius præfertur non neceſſario. *q*

Septima: Ius, ſeu remedium ordinariũ, ceſſare facit extraordinariũ. *r*

Ratio autem harum regularũ eſſe poteſt, vt in Republica Spirituali, vel temporali ſeruetur rectus ordo, ſicut etiam ſeruatur in rebus naturalibus, & ideò ea, quæ ſunt maioris perfectionis, vel ordinis præferuntur. *ſ*

Secundò. ratione modi, videlicet, per quem modum Lex conſtituit; quomodo vna Lex alteri præualeat, tres ponuntur regulæ. Quarum

Prima regula eſt. Lex præcipiens, vel vetans derogat Legi permittenti, vel conſulenti. *t*

Se-

m c. cum infirmitas de pœnit. & remiſſ.

n l. veluti ff. de Iuſt., & Iur. l. minime ff. de relig. et ſump. fun. c. laudabilẽ de cũuerſ. infid.

o l. vt vim ff. de Iuſt., & Iur., & ibi DD.

p l. placuit C. de Iud. l. bona fides ff. depoſit. c. odia de reg. Iur. in 6

q l. ſ. C. de Teſt. c ſi quis ex de furtis. r l. in cauſæ cognit. ff. de minor. §. 2. I. de inof. Teſt. ſ Auth. reſqua C. com. de leg. t l. hac cõſultiſſima C. qui Teſt. fac poſſunt l. p. ff. ad l. falc. l. verbis legis ff. de verb. ſignif. §. diſpon. Auth. de Nuptijs.

Secūda. Lex iubens, vel vetans, aut permittens derogat Legi cōſulenti. *u*

Tertia. Lex diſponens de veritate, præfertur Legi diſponenti de præſumptione. *x*

Tertiò. ratione etiam qualitatis ipſius Legis, ponendæ ſunt ſeptem regulæ, quomodo vna Lex alteri deroget; Quarum.

Prima regula eſt. Lex Canonica diſponens de materia Sacramentorū, vel peccati, derogat Legi Ciuili de ipſis diſponēti, vel peccatū permittēti. *z*

Secunda. Lex Canonica diſponens de rebus profanis, de rogat Legi Ciuili in terris Eccleſiæ. Lex verò Ciuilis derogat Legi Canonicæ in terris Imperij. *a*

Tertia. Lex Municipalis derogat Legi cōmuni in ſuo Municipio. Sicut Lex noua veteri, & Lex ſingularis vniuerſali. *b*

Quarta. Lex in corpore Iuris incluſa derogat Legi extrauaganti tanquam incertæ. *c*

Quinta. Lex obſeruata de conſuetudine derogat Legi non de conſuetudine obſeruatæ. *d* Sex-

u l. ſi quis deſtinauit ff. de rei vendic. l. pacto ff. de tranſact. x *l. Imperator. ff. de prob.* z *c. ſ. de preſcrip. ex §. diuina I. de vſucap. c. ſolite de maio. et obed., & ibi DD.* a *c. velatum, c. cū eſſet ex de Teſt. l. hac conſultiſſima C. qui Teſt. facere poſſunt.* b *l. omnes Populi ff. de Iuſt., & Iure, & ibi DD. l. non eſt nouū ff. de legib. c. generi de reg. Iur. in 6.* c *c. paſtoral. ex de fid. Inſtr. & ibi notata.* d *l. minime, & l. ſi de interpret. l. ſed & ff. de ll.*

Sexta. Lex poſterior priori contraria, ipſi derogat. *e*

Septima. cauſa magis priuilegiata derogat cauſæ minus priuilegiatæ. *f*

Itaque Leges ſemper concordandæ ſunt; quatenus fieri poteſt: aliter Leges nouæ, vel maioris ponderis alijs præualent.

e ff. de legibus c. 1 de conſt. f l. pr. ff. priuil. Fiſ. l. verum §. f. ff. de min.

PARS TERTIA.

De Lege Ambigua.

IN Legis Ambiguæ interpretatione mens Legiſlatoris primò attendenda eſt. Secundò vſus rerum, aut verborum. Tertiò eorum ſignificatio.

Mens Legiſlatoris varijs modis inſpici poteſt; præſertim quatuor v. ex natura rei, de qua fit Lex. Secũdò ex qualitate Legis. Tertiò ex qualitate perſonæ. Quartò ex Adiunctis ipſi Legi.

Primò. Intelligitur ex natura rei, de qua fit Lex, vel cõtractus: v. ſi eſt dubium in Mutuo, vt reſtitui debeat res eiuſdem qualitatis, & bonitatis; ex natura Mutui hoc intelligitur. *a* ſic contractus cenſetur eſſe initus cũ conſenſu contrahentium. *b* Itidem,

a l. 2. ff. ſi cert. pet.
b l. labeo ff. de verb. ſignif.

dem, vt Teſtamentum ſemper reſcindi poſſit. *c*

Secundò. ex qualitate ipſius Legis arguitur mens Legislatoris; quia Lex debet eſſe honeſta, iuſta, poſſibilis, ſecundum naturam, & ſecundum conſuetudinẽ Patriæ, loco, temporique conueniens, manifeſta, neceſſaria, nulli priuato comodo; ſed pro communi ciuium vtilitate conſcripta. *d* Vndè in dubio Interpretandum eſt, vt hæ legis qualitates verificentur; quia dato termino, nempe lege, dantur ſubſtantialia ipſius termini. *e*

Tertiò. ex qualitate Legislatoris, v. ſi à lege fit mentio de Sacrilegio, ſi eſt ſub Iuriſdictione Pontificis, intelligitur ſecũdum leges Canonicas: ſi verò ſub Iuriſdictione Cæſarea, ſecundum leges Ciuiles. *f* Sic ſi ſpecies proferatur à Legiſta, intelligi debet de Indiuiduo ſecundùm Philoſophos: Itidem: æquum, ſi proferatur à Geometra intelligi debet, Par, ideſt, ſecundum menſuram: ſi verò proferatur à Legiſta, intelligi debet, iuſtum, ideſt ſecundum rationem Iuſtitiæ. *g*

Quartò. ex ratione adiunctorum legi colligitur mens Legislatoris; veluti, ex cauſis, & effectibus, ex Antecedentibus

c l. 4. ff. de adim. leg.

d c. erit. antè Lex diſt. 4.

e l. ſciendum ff. de verb. oblig.

f l. ſi nõdum C. de furtis & ibi notata.

g l. 1. ff. de Iuſt. & Iur.

cedentibus, & cōſequentibus, ex Copulatis, ex Parificatis, ex Correlatiuis, ex ſubrogatis, ex genere, ex ſpecie, ex toto, ex parte. Ex contrarijs, & repugnantibus, ex conſuetudine loci, vel loquentis, ex qualitate loci, vel temporis, *h* vt ſuprà dictum eſt de ampliatione, & reſtrictione Legis.

Vſus, vel cōſuetudo loquendi magis attendi debet, quàm propria verborum ſignificatio. Ratio eſt, quia ſicuti ex hominum voluntate rebus nomina impoſita ſunt: ita eorum contraria voluntate alterari, vel mutari poſſunt. *i*

Duplex tamen eſt Vſus. Vnus, quo etiam periti litterarum vti ſolent, & hic vbique eſt admittendus, tam in legibus, ſtatutis, reſcriptis; quam etiā in contractibus, & in vltimis voluntatibus. *l* Alius eſt vſus, quo imperiti, & vulgares abutūtur, & talis vſus in legibus, ſtatutis, vel reſcriptis capiendus non eſt. *m*

Propria verborū ſignificatio pluribus modis habetur, ſicut etiam varijs rationibus ad beneplacitū inſtituentium nomina rerum introducta fuerunt, vt ex vſu patet, & ex nominis definitione à Philoſophis tradita;

h l. aut facta ff. de pœnis.

i l. cū de lanionis §. Aſinā molendinariā ff. de fund. inſtr. l. anniculꝰ ff. de verb. ſignif. l. nihil tā naturale ff. de reg. Iur.

l l. pr. ff. de ſuis, et leg. c. ex litteris in f. de ſponſalibus.

m l. Labeo ff. de ſupell. leg., & ibi Bart.

ta; ſed facilitatis gratia tripliciter propria verborum ſignificatio cõſiderari poteſt, vel à definitione, vel ab effectu, vel ab auctoritate maiorum.

A definitione ſignificatio verborum dupliciter habetur, u. à definitione nominis, vel rei. Definitio nominis, vel Etymologiæ eſt, vt appellata eſt Mutui datio ab eo, quod de meo tuum fit *n*. Tutores, quaſi tuitores. *o* Poſſeſſio ab ædium poſitione dicitur. *p* Actio Publiciana à Publicio. *q* Definitio rei eſt, per quam explicatur eſſentia rei definitę, et habetur proprius verbi intellectus, qui conuenit ſuæ definitioni, *r* ſic furtum. *ſ* ſic homo, vt ſit animal rationale.

Ab effectu intelligitur propria verborum ſignificatio v. verbum, habere, ſicut peruenire cum effectu accipiendum eſt, *t* vnde nomina intelligi debent cum effectu ſecundum ſuam ſignificationem, imò ſimpliciter prolata in potiori ſenſu ſunt intelligenda. *u*

Dicitur quoque propria verborũ ſignificatio, quæ impoſita fuit per maiores noſtros, & in vſum recepta, *x* qui iuxta rerum conuenientiam

C 5 no-

n l. 2. §. appellata ff. ſi certũ petatur.
o l. 1. ff. de tutelis §. tutores l. eodem.
p l. p. ff. de acqui ren. poſſ.
q §. namque 4. I. de actionibus.
r l. pr. ff. de dolo malo.
ſ l. pr. ff. de furt.
t l. nomẽ filiarum §. habere ff. de verb. ſignif.
u c. ſi quẽ de ſent. excom. § 2. I. de Iur. Na. Gen., & Ciu.
x l. Maſſurius, et l. labeo ff. de verb. ſignif.

nomina eis dare ſtuduerunt. z Vnde verſus.

z §. *eſt & aliud genus I. de donation.*

Conueniunt rebus nomina ſæpè ſuis.

QVocirca in legis ambiguæ Interpretatione: Primò inſpicitur mens Legislatoris; quia ſcire leges, nō eſt verba earū tenere, ſed vim, ac poteſtatē legum. a Sic etiā in ipſarum Interpretatione vis, & poteſtas, ac mens in primis inſpicienda eſt; & ſi mens haberi nō poteſt, attenditur vſus, ſeu conſuetudo rerum, aut verborum, & non ſignificatio eorum; quia communis vſus hominum ſi probatus fuerit, derogat propriæ ſignificationi. b Si verò mens legis, vel vſus hominū cognoſci non poteſt, à verbis legis non eſt recedendum; c quia verba ſunt nuntia cordis. d

a *l. ſcire leges ff. de legib. l. nō dubium C. de legib.*

b *l. librorum §. quid autē ff. de leg. 3. d. l. anniculus ff. de verb. ſignif.*

c *l. non aliter ff. de leg. 3*

d *l. labeo ff. de ſupell. leg.*

PARS QVARTA.

De extenſione Legis ad caſum in Iure non deciſum.

EXtenſio Legis tripliciter fieri poteſt, v. vel à ſimili, vel à Pari, vel à Maiori. Primò à ſimili tres caſus ſunt conſiderandi.

Primus caſus eſt, quãdo contingit aliquid preter naturã, aut naturę cõſuetudinem, videlicet ſi Mortuus reſuſcitetur, & de eius Teſtamento, vel hæreditate recuperãda diſceptetur: tunc cõſulendus eſt Princeps. a

Secundus caſus eſt, quãdo aliquid occurrit, quod magis conſiſtit in facto, quàm in Iure, tunc Religioni Iuſdicentis, vel arbitrio viri prudentis relinquitur decidendum: imò Leges ea, quæ conſiſtunt in facto, cum ab eo deciſio dependeat, indeciſa relinquunt, v. Iudex malè iudicando propter imperitiam tenetur de damno dato parti leſæ, in quantũ æquũ Religioni Iudicantis viſum fuerit. b v., an quis ſit ita pauper, vt à tutela ſe excuſare poſſit; relinquitur arbitrio Iudicis, qui ex facto iudicabit. c Sic etiã an terra ſit vnita, vel arbores radices egerint, ſtandum eſt colonis, qui

a l. cũ de nouo, & l. humanũ C. de legibus c. Fraternitati tuæ de frigidis, & Maleſ.

b in pr. tit. de oblig., ex quaſi del. in inſtit.

c §. ſed, & propter. I. de Excuſ. tut., & cur., & ibi Gl.

d §. pręterea, & ibi Gl. I. de rer. Diu.
e l. ſeptimo menſe ff. de ſtat hom.
f l. non poſſunt tum' ſequentib. ff. de legib. l. 2. §. ſed quia C. de vet. Iur. Enuel.
g l. ſi illud ff. ad legē Aquiliā l. f. C. ad legem falcidiam l. f. C. de legibus c. inter corporalia de trāsl. pręl.
h l. quod vero l. q nō ratione ff. de legib.

qui ex facto iudicare debent; *d* quia creditur, & ſtatur peritis in arte. *e*

Tertius caſus eſt, quando duo caſus ſunt inuicē ſimiles, vt ſicut ſe habet vnus ad vnam rem; ita ſe habet alius ad aliam: tunc, ſi nouus occurrat caſus non deciſus per legem aliquā, definiendus eſt à ſimili alterius caſu deciſi in lege, quia nō poſſunt omnes articuli ſigillatim, aut legibus, aut Senatus conſultis cōprehendi. *f*

Secundò, caſus de nouo emergens definiri poteſt à Pari caſus in lege expreſſi, quando Lex eſt ſecundum æquitatem, ſiue rationem naturalē, & vtilitatem comunem, etiam in pęnalibus; quia vbi eſt eadem ratio, ibi eſt eadem Iuris diſpoſitio. *g* Si verò aliquod cōtra rationem Iuris receptum eſt: vel ſine ratione introductū eſt, non eſt producendum ad conſequentias, vel in alijs ſimilibus locum non obtinet, *h* & ſic ad caſus emergentis deciſionem extendi nō debet.

Tertiò. caſus de nouo emergens à ſimili, vel pari decidi poteſt: multo magis à maiori; quia argumentum à minori ad maius in Iure validū eſt. *i* Tùm etiam ſi id, de quo videtur ineſſe, ineſt. Ergo & id, de quo magis. *l* Hoc

i Auth. multò magis C. de Sacros Eccl. c. de indicijs 3. q. 3. l Ariſt. Top. lib. 2. ca. 4.

Hoc tamen procedit in Coordinatis, v. filius excludit filiam. Ergo multò magis ex eadem Neptem, ſic filius non ſuccedit. Ergo nec Nepos, Sic ſilicet occidere, multò magis oſfendere, & gentem parare. Hac quoque ratione intelligendæ ſunt illę regulæ, ſi vinco vincentem te, multò magis vinco te. *m* Plus ſemper in ſe continet, quod eſt minus. *n*

Qua de cauſa hæc regula de maiori ad minus locū non habet in diſparatis, v. Maius delictum eſt homicidium, quàm adulteriū, tamen ſi ex Statuti forma mitigatur pæna homicidij nō ſequitur eſſe mitigata pę na adulterij; quia ex diuerſis, ſeu diſparatis non fit illatio. *o*

Pro huius materiæ maiori intelligentia, duo quoquè videnda ſunt, u. quomodo Statuta recipiant Interpretationem, & quādo eſt diuerſitas opinionū inter D D. quę ſit eligenda.

Primò. De Statuto tres caſus conſiderandi ſunt.

Primus. Statutum non recipit Interpretationem, ſicut Ius cōmune, & præcipuè ſi ſit contrarium ipſi Iuri cōmuni; quia, quæ recedunt à Iure cōmuni, ad conſequentiam non ſunt trahenda; *p* tum etiam; quia Statu-

m *l. de acceſſionibus ff. de Diu., & temp. preſcrip.*

n *l. plus ff. de reg. Iur.*

o *l. naturaliter § nihil commune ff. de acquir. poſ. l. papinianus ff. de minor.*

p *c. quæ à Iure de reg. Iur. in 6.*

tutum eſt Ius ſingulare alicuius Ciuitatis.. q

Secūdus. caſus de nouo emergens definiri debet potius ratione, vel ſimilitudine Legis cōmunis, quā ſtatuti; quia Lex cōmunis ferè vbique gentium eſt recepta, & diù obſeruata. r Tamen caſus nouus definiendus eſt potius ratione, vel ſimilitudine conſuetudinis loci, vbi diſcutitur cauſa; quam à ſimilitudine Legis cōmunis, quia cōſuetudo eſt Optima Legū interpres, et derogat ipſi Legi. ſ

Tertius. ſi ſtatuto caueтur, vt ſtatuta intelligantur ſimpliciter, præciſè, ad litteram, prout iacent, & ſonāt, nec aliquam Interpretationem recipiant: adhuc poterunt recipere declarationem, vel diſtinctionem. t Ratio eſt; quia talis declaratio, vel diſtinctio reſultat ex ventre ſtatuti, vt dicunt Practici, vel fit per cōprehenſionem, & non per extenſionem, v. ſi eſſet ſtatutum, quo dans venenum in potu morte afficiatur, an Medicus, qui bono veneno curauit infirmum deberet ne morte affici? certè non; quia ſtatuentes, hoc non voluerunt; nec etiam de Iure ſtatuere potuerunt, cum hoc eſſet contra legis qualitates. Vndè opus eſt decla-

q l. Ius ſingulare ff. de legibus.

r §. 2. I. de I. N. G., & C. l. conſtitutionib. ff. ad Municipalem.

ſ l. ſi de interpr. l. de quibus ff. de ll. c. ſi Papa in ſ. de priuil. in 6.

t Ioan. And. in reg. pro poſſeſſore de reg. Iur. in 6 Bart. in l. omnes popul. ff. de Iuſt. & Iur.

claratione,vel diſtinctione, ſi ſtatutum intelligatur de malo veneno, & nõ de bono. *u* Cæterùm ab extrinſeco ſtatuta reſtrictionẽ, vel ampliationem,maximè argumento à ſimili, vel à contrario ſenſu non recipiunt;*x* quia Lex; quamuis ſit dura ſeruanda eſt,& ab ea recedendum non eſt. *z* & idem de ſtatuto dicendum eſt.

Secundò. de Iudice, tres quoque caſus ex ordine obſeruandi ſunt.

Primus. Iudex in iudicando illam opinionem, quæ eſt de conſuetudine,vel bono vſu comprobata,eligere debet: ratio eſt, quia conſuetudo eſt optima legum interpres, & ipſis legibus derogat. *a*

Secundus. ſeruare decet opinionẽ de altero Iure cõprobatam,quia Iudex iudicare debet ſecundũ leges. *b*

Tertius. ſequi conuenit illam opinionem,quæ efficacioribus, & fauorabilioribus rationibus comprobatur. *c* Qui tamen vnam ex pluribus opinionibus adhuc probabilibus eligere,& ſequi poteſt, & ſecundum eam ſententiam ferre, *d* & ratio eſt. Qui enim ſequitur virorum prudentum, & artis peritorum opinionem,aut conſiliũ nõ temere agit.

FINIS.

u iuxta legẽ qui venen. ff de verb. ſignif.

x d. Ioa. Andr., & Bart. in præc. locis.

z l. proſpexit. ff. qui, & à quibus l. non omnium ff. de legib.

a l. ſi de interpr. l. minimè & l. de quib. ff. de ll.

b in prin. tit. I. de off. Iud.

c Clem. 1 de Sum. Trin., & fid. Chat. l. placuit C. de Iudic. c. in obſcur. de reg. Iur. in 6. l. quoties ff. eod. d *c. ne innitaris de Conſtit., & ibi notata.*

INDEX RERVM,

Ac Vocum Notabilium.

AB auctoritatè maiorum verborum ſignificatio habetur. 47

Ab effectu etiam, & d finitione propria verborum ſignificatio cognoſcitur. 46

Acceſſorum ſui principalis ſequitur naturam. 35

Aliquo conceſſo ea omnia intelliguntur conceſſa, ſine quibus eo commodè vti non poßumus. 60.

A maioritatè ſimilitudinis, vel paritatis nouus caſus decidi poteſt. 49

Ampliatio fit à natura Rei. 32

Ampliatur Lex à ſubſtantia ipſius Legis. 33

A pari, vbi Lex eſt ſecundum æquitatem naturalem, & vtilitatem communem ad ſimilitudinem illius Legis nouus caſus decidi poteſt. 49

Argumentum à minori ad maius valet in coordinatis, non in diſparatis. 50

A ſimili tres caſus explicantur. 48

Caſus nouus potiùs definiri debet ſecundum Conſuetudinem, vel Legem Communem, quàm Statutum. 51

Dato termino intelliguntur Subſtantialia,

lia,& Formalia ipſius. 44
Dempto Principali,& Acceſſorium. 35
Diſpoſita in vno ex coniunctis cenſentur diſpoſita, & in altero. 36
Diſpoſitio facta in Principali cenſetur repetita in ſubrogato. eo.
Duplex eſt vſus, vnus, quo Periti, alius, quo Imperiti vtuntur. 45

Fit Legis Reſtrictio
- Ex comparatione Expreſsorum. 38
- Ex Conſuetudine loquendi, vel agendi. 37
- Ex inopinata cauſa ſuperuenien-te. 38
- Ex natura rei, vel negotij. 37
- Ex præſumptione Legis, vel Conſuetudinis. 38
- Ex ratione, & cauſa Legis. eo.

Ex diuerſis non fit illatio. 50
Ex Præſumptione Legis, vel Conſuetudinis Lex ampliatur. 34
In omnibus maximè in Iure æquitas ſpectanda eſt. eo.
In vnitis, ac parificatis eadẽ eſt ratio. 36

Iudex in iudicando ſeruare debet. 52
- 1. Conſuetudinem.
- 2. Leges.
- 3. Rationes fauorabiliores, & efficaciores.

Qui

Qui poteſt ex opinionibus adhuc probabilibus, quamlibet eligere. 52

Leges Ciuiles, & Municipales, Conſuetudines ſunt concordandæ, quatenus fieri poſſit. 39

Leges multoties videntur contrariæ; tamen non ſunt. 40

Lex conſtat ex duobus: ex mente, & verbis. 34

Lex Generalis generaliter eſt intelligenda. 37

Lex Generalis præcipuè tribus modis limitatur vi. { Per aliam Legē. Per antecedentia, & ſubſequentia. Per mētem Legislatoris. } ea.

Lex permittens vnum ex contrarijs videtur aliud excludere. 36

Lex ſtatuens aliquid in vno Correlatiuo intelligitur idem ſtatuere in alio. eo.

Maiores noſtri iuxta rerum conuenientiam Nomina eis dare ſtuduerunt. 47

Mens Legis præfertur verbis. 33

Mens Legislatoris cognoſcitur. { Ex natura rei, de qua ſit Lex, vel Contractus. Ex qualitate ipſius Legis. Ex conditione Legisla- } 43

gislatoris.
Ex ratione adiunctorum ipſi Legi.

Principali interdicto, interdicitur Præparatorium Antecedens. 35
Prohibito principio, intelligitur prohibitum quod naturaliter exinde euenit, vel naſcitur. eo.
Qualitates Legis quæ. 44
Quamuis Statuta ad litteram, intelligi debeant (ex diſpoſitione Statuti); tamen recipiunt diſtinctionem, & declarationem ex æquitate. 51
Quando aliquid occurrit, quod magis cōſiſtit in facto, quam in Iure ſtandum eſt arbitrio Hominis prudentis. 48
Quando caſus ſunt ita ſimiles, ad ſimilitudinem caſus deciſi, decidi poſſunt. 49
Quando contingit aliquid præter naturam, vel naturæ Conſuetudinem conſulendus eſt Princeps. 48
Qui vult conſequens, vult neceſſarium, & Antecedens. 36
Quod eſt receptum contra Iuris rationem ad conſequentiam nō eſt trahendum. 49
Quot modis fiat extenſio Legis. 33
Ratione modi tres ponuntur Regulæ. 42
Ratione qualitatis ipſius Legis ſeptem dantur Regulæ. 42
Ratione ſubiecti Legis aliæ ſeptem ponun-

nuntur Regulæ, & ſic per ſeptem, & decem Regulas, vna Lex alteri derogat, vel præualet. 41
Reſtrictio Legis fit ex natura vocabuli, vt habet propriam ſignificationem. 37
Sicut rectus ordo ſeruatur in rebus naturalibus; ita etiam ſeruari debet in moralibus. 41
Significatio verborum habetur à definitione Nominis, vel rei. 46
Statuta contra Ius commune ſunt reſtringenda. 40
Statuta etiam ſecundùm Ius commune aliquid operantur. 39
Statutum nõ recipit Interpretationem, vt Ius commune. 50
Sublato aliquo ea omnia intelliguntur ſublata, quæ ab eo dependent. 35
Tria ſunt obſeruanda in Interpretatione Legis Ambiguæ. { Mens, Vſus, Significatio. } 43
Varijs modis plus intelligitur eſſe ſcriptum, vel dictum, quàm ſit, ex mente Legis. 33
Vbi eſt eadem ratio, ibi eadem Iuris diſpoſitio. 49
Verba cum effectu intelligenda ſunt. 46
Verba ſimpliciter prolata in potiori ſenſu ſunt intelligenda. 44
Vſus, vel Conſuetudo loquendi debet atten-

Digitized by Google

attendi. 45
Vna Lex aliam declarat. 40
Vna Lex aliam diſtinguit, & concordat. eo.
Vna Lex aliam limitat, vel praeualet, ſeu ipſi derogat, aut abrogat. eo.

FINIS.

Digitized by Google

BIBLIOTECA